

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema CXVIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

K

THEMA CXVIII. VET. TEST. 377

III. Quia omnia corruptibilia (& in his homo etiam) habent finem, soletur nos hoc vnum, 1. Corin. 15. v. 54. quod hoc corruptibile corpus induit αφθαρτον, & mortale induit αθανασιον. Resurget n. αφθαρτον, Ibid. vers. 43. Hoc desideremus in hac corruptione, ut superinduamur, 2. Cor. 5. v. 2. De his saepius alias.

F I N I S,

THEMA CXVII.

Syr. 18. vers. 6. ad 9.

Cum consummauerit homo, tunc incipiet. &c.

Dispositionem huius Thematis vide supra in I. parte
Promptuarii, Classe II. Num. XXXIII. pag. 210.

THEMA CXVIII.

Syr. 22. vers. 11.

Modicum plora super mortuum, quoniam quiescit.

D I S P O S I T I O.

Congregati hodie sumus in domo luctus. Eiusmodi autem cōgregationes, non tam propter defunctos, quam propter superstites instituuntur. Quamuis enim hunc extreum honorem habuerimus defuncto, quod funus cōmitati sumus, ad testificandum amorem erga defunctum, tamen moneret Salomon, ut viui interim reuocent ad animum, quod vident & audiunt in domo luctus, Eccl. 7. v. 3.

Quia autem obitus præsentis defuncti admodum luctuosus est, non coniugi & liberis tantum (his quidem maxime) sed & roti cognationi honestissimæ & amplissimæ, præsentem Syracidis admonitionem proponere, & ex illa haec tria tractare luet.

1. Anne defuncti lugendi. 2. Quomodo lugendi.
3. Quare non nimium lugendi.

I. Pars.

Primum mortuos lugendos, ipse Syrach non his ran-

A a s t u m

tum verbis innuit, sed & in praecedenti verbu, i.e. huius capitis ostendit, hunc morem antiquitus sic obseruatum fuisse.

Et plerisque gentes quantumvis barbaræ suos planterunt mortuos.

Hoc enim naturale est Bestiae lugent ammissos.

2. Præsertim si moriantur chatissimi parentes, cognati, coniuges, liberi. Abraham Sarum luget. Jacobus Rachelem Filii Patriarcharum suos genitores Joseph parentem Jacobum. Imo & Deborah nutricem Rebecce lugent, quod ex nomine loci patet, Gen. 35. Vide Gen. 23. v. 2. & 35. v. 20. & 39. v. 33. & 50. v. 10.

3. Aut si defuncti viri boni, vel in officio Magistratus, aut fideles Ecclesia Doctores fuerint. Israël luget Mosen, Deuter. 34. v. 8. & Aharonem, Num. 20. v. 19. & Samuelem suum, 1. Sam. 25. v. 1. David Abneterem, 2. Sam. 4. &c. Populius Joiadam, 2. Par. 24. & Josiam, 1. Paral. 35.

4. Sed & priuati quicunque lugendi, qui amici nostri & benefactores fuerunt. Populus luget Miriam, Numet. 20. David Jonathanum suum, 1. Sam. 1. v. 26 imo Uzam, 2. Sam. 6. v. 8. Christus Lazatum, Joan. 11. Ægyptii Jacobum, Gen. 50.

5. Imo & inimici quoque lugendi, tristi præsertim fatigabrepti antequam cum illis cedimus in gratiam, Syr. 9. v. 8. Non gaudie de inimico mortuo. David Saulem luget occidum, 2. Sam. 1. Alexander Darium.

Deploranda enim ista communis calamitas, quod mors nemini parcit, nulli ætati, nulli honori, &c. Ideo Christus ingemiscit, Joan. 11. v. 33.

Non igitur sunt Christiani, imo viri homines, ratione prædicti, qui neminem hominum defunctum lugent, sed obitu illorum magis delectantur, quam vita. Quæ à syria interdum in ipsis coaugibus, & parentibus, nedum in aliis cernitur. Hi deteriores sunt ipsis porcis & multis bestiis, quæ socium lugent ademptum.

At hos mores ferunt nostra secula, sicut Paulus prædi-

xit.

XII. 2. Timoth. 3. vers. 3. ἀπόστολος, &c. Deplorari hæc mutari non possunt. Deus autem erit vindicta. Et si hi æterna morte moriuntur, vicissim nemo erit, qui propterea confortetur.

II. Pars.

Nunquam cogitauit Syrach fore tales ἀστεγοι, qui non lugent quenquam; ideo tantum excessum in luctu prohibet. Docet enim, Non nimium lugendum defunctum quemque.

Hoc nobis explicat Paulus, I. Thessal 4.1. 13, ubi iubet petristemur, sicut illi, qui spem non habent. Gentiles intelligit, quorum luctus plane fuit immoderatus. Quidam nec de anima immortalitate certi, nec de mortuorum resurrectione edociti fuerunt. Modum igitur in luctu seruandum, Syrach monet.

Docet Sapiens, vitandum quoque alterum extremum. Sicut enim peccauit, de quibus in I. parte diximus, in defectu: ita multi quoque excessu: qui defunctis vel coniugibus, vel liberis, vel parentibus sic lugent, sic ciuant ac si ipse quoque Deus in celis extintus esset. Multat interdum nullam consolationem admittunt, sic ut illæ, de quibus Ierem. 31. v. 15. Matth. 2. propte occisos parulos in Bethlehem.

Interdum contra Deum insurgunt, & ipsum iniuriant, vel ἀστεγοι & immisericordia accusat, quod inuidet illis, si lætentur in liberis, coniuge, &c. Iniqui agi, quod patiatur dilelli coniunctissimos: cum sint quis separacionem exoptent plurimi, &c. Tales voces sape audiuntur. At iustus Deus & misericors, nunquam male agit. Semper habet suas causas, occultas quidem, sed non iniustas.

Ideoque ipsius voluntati nunquam resistendum, sed dicendum: Dominus dedit, Dominus absolvit. Sit nomen, &c. Hiob. 1. v. 21. Ego veniam ad ipsum 2. Sam. 12. vers. 2. Abierunt, non obierunt, non amisimus, sed praemisimus.

III. Pars

III. Pars.

Porro causam ipse Syrach nobis adfert , quare defuncti non, ultra quam par est, lugendi: Quia ad quietem deuenerunt optatum. Hoc ex Esaia cap. 56. in fine mutatus est. Idem Angelus Dei testatur Apoc. 14. v. 13. Hac qui es illis non inuidenda.

De piis antem hoc intelligendum. Nam de impiis dicitur, vermis non morietur , Esa. 66. v. 24. quod non denotat quietem. Ideo impium perpetuo lugendum hoc est pso cap. v. 13. docet Syrach.

AD MONITIO. Simus pii in vita , ut post quiescere possimus.

CONSOLATIO in morte. Cessabit labor & dolor. Ps. 90. Militia. Job. 7. v. 1. Umbra grata. Ibid. Et quiescerit.

F I N I S.

THEMA CXIX.

Syr. 25. v. 33.

Initium peccati à muliere , & per illam omnes moriuntur.

Thematis huius Dispositionem vide supra in I. parte Promptuarii, Classie III. Numero IX. Pagina 245.

THEMA CXX.

Syr. 37. v. 28.

Vnicuique determinatum viuendi tempus.

DISPOSITIONE.

Paucula sunt hæc verba Syradicis & plane eadem cum verbis Hiobis cap. 14. vers. 5. Determinatum homini tempus. Item: Posuisti homini terminum, quem non prætereribit. Et huic affine etiam est illud Psal. 139. vers. 16. vbi dicuntur numerati dies hominis & scripti in libro Dei.

Hæc itaque verba primum paucis explicabimus , di-
cūri,